



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LVII. Hermann, Abt zu Corvey, übergibt die von dem Grafen von Heinrich
von Blankenburg resignirte Vogtei über die Orte Kroppenstädt und
Gröningen der Kirche zu Halberstadt, am 7. Mai 1253.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatinus auctoritate nostra per te uel alium super hiis provideas uel ordines inter partes, quod earum in hac parte uoto et commodo satisfaciat, prout secundum deum uideris expedire, et quod ordinatum fuerit uel prouisum, statim inuiolabiliter obseruandum etc. Datum Assisii, III. Nonas maii, anno Decimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Ges. Archive Epist. Innoc. IV, T. II. Anno X. Ep. 653.

LVII. Hermann, Abt zu Corvey, übergiebt die von dem Grafen Heinrich von Blankenburg resignirte Vogtei über die Orte Kroppenstädt und Gröningen der Kirche zu Halberstadt, am 7. Mai 1253.

— Huius rei testes sunt Johannes, illustris Marchio Brandenburgensis, Gebhardus comes de Wernigerode, Olricus comes de Regenstern, Burchardus burggrauus de Querenfurten, Wolterus et filii sui de Barboie, Hermannus de Werberg etc. — Acta sunt hec anno MCCLIII, nonas Maii, ordinationis nostre XXX°.

Nach Ludwig, Reliqu. Mspt. VII, 496

LVIII. Bernhard und Albrecht, Grafen von Dannenberg, versprechen der Stadt Lübeck, nach Vorschrift der Markgrafen von Brandenburg, die Aufrechterhaltung ihres friedlichen Verhältnisses (ohne Datum).

Bernhardus et Albertus, dei gratia comites in Dannenburg, Consulibus ac communitati ciuitatis lubicensis cum beniuolo affectu salutem in domino. Mandatum dominorum nostrorum marchionum de brandenborch recepimus in hac forma, ut treugas uobiscum seruemus ad tempus. Quorum precibus ac mandato in omnibus cupientes annuere, uobis intimamus, quod treugas uobiscum libenti seruabimus animo, ita ut interim burgenfes uestre ciuitatis libere et absque omni impedimento, ubicumque uoluerint, negotiis suis peragendis, nullo a nobis aut a nostris habito timore, ualeant euagari: quas tam diu inuiolabiliter intendimus obseruare, quousque dominis nostris marchionibus personaliter super eo loquamur, et ipsas treugas nostris litteris patentibus retractare contingat. Petimus igitur, ut interim ciues nostrarum ciuitatum eadem libertate gaudeant a uobis aut a uestris, et plenum habeant ducatum ad ciuitatem uestram eundi et redeundi, suis mercimoniis exercendis. Sicut autem uobis super eisdem treugis litteras nostras patentes ad uos destinamus, ita rogamus, ut nostris hominibus cauentes super firma pace litteras patentes uestre ciuitatis nobis remittatis.

Aus der Lübeckischen Urkunden-Sammlung I, Nr. CXCIV.